adheret tibi sedes iniquitatis: qui fingis laborem in precepto. Captabunt in animam iusti: et sanguinem innocentem condempnabunt. Et factus est michi dominus in refugium: et deus meus in adiutorium spei mee. Et reddet illis iniquitatem ipsorum: et in malicia eorum disperdet eos: disperdet illos dominus deus noster. In iii nocturno sollemnitatis epyphanie domini iste psalmus Venite. secundum infrascriptum modum ubi non cantatur. Videlicet primo ebdomadarii vel clerici dicant hanc antiphonam scilicet Venite adoremus eum quia ipse est dominus deus noster. et immediate tota illa psalmodia chori ebdomadarii incipiat primum

Venite adoremus eum: quia ipse est dominus deus noster:

Versus ps. et sic ps chori dicat al'
et ita procedit nil mutando ulterius.

Venite exultemus domino: iubile
mus deo salutari nostro. Pre
occupemus faciem eius in confessione: et in
psalmis iubilemus ei. Hic repetatur
a. a clerico vel ab alio, et uterque chorus
genuflectendo dicenda, ipsa a. Prima ps chori
sequitur versus ps. et sic rendeat. Quoniam
deus magnus dominus: et rex magnus
super omnes deos. Quia in manu e
ius sunt omnes fines terre: et alti
tudines montium ipsius sunt. a. Venite
adoremus. Quoniam ipsius est mare et ipse fecit
illud: et siccam manus eius formaverunt.

